



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs An Possit aliquos eximere à sua potestate? Allegatio LXXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

gnin. tract. de indulgent. num. 60. Cochi. d. p. 4. quæſt. 58. num. 4.

26. Exemptis Episcopum indulgentias concedere non poſſe, ex quo iurisdictionis nihil in eos vendicet, ſed Pontifici immediate ſubſciantur, veluti proprio ac immediato diaceſano, tenent Anton. de Reſel. tract. de indulg. num. 321. v. golin. d. §. 2. num. 2. verſ. ſecundo.

27. Tum quia exempti habentur inſtar extraneorum, locaque exempta parificantur locis extraneis, cap. luminoso 18. quæſt. 2. cap. 1. de ſtatu Regul. in 6. Reſel. ubi ſupra num. 323. Nihilominus contrarium eſt reſolvendum, videlicet Episcopales indulgentias prodeſſe exemptis, quia inducta in fauorem exemptorum non debent conuerti in eorum laſionem, inductaque in augmentum non debent parere diminutionem l. quod fauore C. de legib. cap. quod ob gratiam, de regulis iuris in 6. l. legata inutiliter. ff. de legatis. cum citatis in libello de principijs vtriuſque iuris lit. A. n. 249. quare hanc ſententiam tenent Lud. Bologn. d. loco numero 63. Belarmin. d. libr. 1. cap. 11. quæſt. 3. verſ. quare cum iam. Nau. notab. 31. numero 12. verſ. addo ſextimo, Cochier. d. p. 4. quæſt. 58. numero 9. Hinc etiam reſolvendum Episcopum poſſe Religioſis indulgentias concedere iuxta ſuam facultatem, Palud. in 4. diſt. 20. quæſt. 4. art. 4. Reginald. d. libro ſextimo numero 119. quos reſert & ſequitur Bonacina de puncto 3. numero 15.

28. Hinc denique non abs re dubitari poſſe vtrum Episcopus gaudere & frui poſſit indulgentijs, quas alijs conceſſit Ratio dubitandi eſt, quia nemo poſſet vti iurisdictione in ſeipſum. Reſpondendum affirmatiue, quia Episcopus non debet eſſe deterioris conditionis alijs, ita D. Tho. in addit. quæſt. 27. art. 4. & ibid. Nugn. Sor. in 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 4. ſub fin. Nau. notab. 20. numero 91. Reginald. libr. 7. numero 199. Azgri. de capit. quinquageſim. quint. quæſtion. ult. poſt Sour. Cordub. & Emman. ſa, ſequitur Bonacina d. puncto 3. numero decimo ſexto.

S Y M M A R I U M.

- 1 Episcopum poſſe eximere à ſua poteſtate, qui teneant, referuntur.
- 2 Episcopus non poſſet in totum à ſua poteſtate eximere.
- 3 Exemptio Eccleſiarum pleno iure à poteſtate Episcoporum concedi non poſſet ab Episcopis, & Prelatis inferioribus, ſed ſolum à Romano Pont.
- 4 Pleno iure dicuntur Eccleſiæ ad aliquem pertinere, quando utroque iure eidem ſubiectæ ſunt.
- 5 Sententiæ ſupra relatæ ad concordiam reducuntur.
- 6 Exempti exemptione data ab Episcopo ad ius reuerentiale illi tenentur, ſecus ſi Pontifex exemerit ab Ordinario.
- 7 Eximi, & ad Religioſos transferri poſſet Eccleſia à poteſtate Episcopi per præſcriptionem.
- 8 Declaratur tex. in cap. cum non liceat, de præſcript.
- 9 Declaratur tex. in cap. cum venerabilis, de conſibus.
- 10 Exemptiones à ſe conceſſas non poſſet Episcopus reuocare in illis caſibus, in quibus valet ſubditos à ſua iurisdictione eximere.
- 11 Privilegijs à ſe conceſſis reuocatio de plenitudine poteſtatis ſolius Principis eſt.

EPISCOPVS AN POSSIT aliquos eximere à ſua poteſtate?

ALLEGATIO LXXXIX.

1 Episcopum poſſe eximere à ſua poteſtate tenent gloſ. in ſumm. vigeſim. quint. quæſt. 2. & late tenentur Calderin. conſ. 5. de rebus Eccleſia non alienandis, Oldrad. conſ. 172. col. 3. numero 8. & conſ. 254. col. 2. Dec. conſ. 152. numero 3. verſ. non obſtas ergo, & in cap. cum & plantare §. in Eccleſia numero 13. cum ſeq. de privilegijs, hijs præcipuis rationibus, quod præſcriptione, ac ſententia Episcopali iuri præiudicaretur, ac aduerſus cum hijs titulis exemptio acquiratur cap. auditis de præſcript. cap. cum inter de re iudicata.

2 Verum non poſſe in totum eximere tenent gloſ. verbo à quocunque in cap. conſtitutus, de relig. dom. gloſ. pen. in cap. paſtoralis, de donation. gloſ. in cap. 1. in princip. de privileg. libr. ſexto, vbi Branch. numero 4. verſ. in gloſ. 2. plures reſert & ſequitur Rendinga in promptuario recept. ſent. tit. vigeſim. ſexta, numero 9.

3 Hinc etiam tenuerunt Dominie. in capit. 1. num. 5. verſ. & procedunt prædicta, de capellis monachorum libr. ſexto, atque etiam Federic. de ſenſ. conſ. 447. & alij quos reſert Dec. d. conſ. 152. numero 1. Eufide viſitat. lib. 2. cap. 20. numero 5. exemptionem pleno iure Eccleſiarum à poteſtate Episcoporum concedi non poſſe Religioſis ab Episcopis, & Prælatiſ inferioribus: ſed ſolum à Romano Pontifice, quia, inquit, non poſſet Episcopos totam ſuam iurisdictionem in aliquam Eccleſiam, & viſitationem, ac reliqua omnia paſtoralia iura ab ſe abdicare ex ratione tex. in cap. cum non liceat, in princip. de præſcript. iuncta deciſione tex. in cap. cum venerabilis de conſibus.

4 Pleno iure dicuntur Eccleſiæ ad aliquem pertinere, quando utroque iure, id eſt, in ſpiritualibus, & temporalibus eidem ſubiectæ ſunt capit. quoniam 21. de privileg. gloſ. in d. §. in Eccleſia, vbi Anton. numero 26. Cardin. numer. 1. Dec. numer. 12. & 16. Rebuſ. in concord. tit. forma mandati, verbo plenum, Cardin. Tufch. præſt. conſuſ. tom. 6. lit. P. conſ. 364. numero tertio. Sayr. de cenſur. libro primo capit. 6. numero 12.

5 Verum prædictæ pugnantēs ſententiæ ad concordiam reduci poſſunt in hunc modum, ut ſcilicet prior affirmatiua procedat in Episcopo huiusmodi exemptionem cum Capitulo & iuſta cauſa concedente, poſterior verò hijs non interuenientibus, iuxta regulam tex. in capit. ſine exceptione 11. quæſt. 2. & in cap. nulli, & per totum, de rebus Eccleſia non alienandis, & quæ late ultra ordinariorum ibi explicant Rebuſ. in compendio alienationum numero 9. & 11. cum ſeqq. Cou. lib. 2. variat. cap. 17. à princip. Molin. de iuſtit. tractatu 2. diſt. 465. & 468. & magis in terminis argum. tex. in capit. Paſtoralis de donation. poſt Abb. notat idem Rebuſ. in tract. de congrua portione numero 38. Roch. de iure patronatus verbo pro eo quod de diaceſani numero 20. Lambert. eodem tract. art. 8. primæ quæſtionis principalis 2. p. lib. 11. num. 32.

6 Et ſic exempti exemptione data ab Episcopo

ad ius reuerentiale illi tenentur, secus si Pontifex exemerit ab Ordinario, quia tunc quoque à reuerentiali iure exemptio concessa esse censetur, ita *Pute. decis. 115. p. 3.* quem refert, & sequuntur *Fusc. d. c. 20. numero 22. Coch. de iurisd. in exemptos p. 4. quæstion. trigesima. quart. &* sic intelligendus *Flamin. de resign. libro tertio quæstion. 11. numer. 4.*

7 A potestate Episcopi potest etiam Ecclesia eximi, & ad Religiosos transferri per præscriptionem, ut probant *tex. in cap. cum olim. vers. quia, & in cap. auditis, cum multis aliis, de præscription. & in cap. cum olim. 14. ad finem vers. quia vero, de privileg. & in cap. cum persona, vers. si autem, eodem tit. libro sexto, quibus locis ita obseruant Doctores communiter, & late Balb. de præscription. p. 1. 5. principalis quæst. 11. à numero 3. Cochier. de iurisd. Ordinarij in exemptos p. 1. q. 3. num. 7.*

8 Neque obstat *tex. in dist. cap. cum non liceat, omisissis enim aliorum intellectibus, de quibus Paris. ibi numero 42. facile responderetur tex. illum solum negare præscriptionem per quam omnino extinguitur obedientia Episcopo à subditis debita: non autem eam per quam talis obedientia aliis acquiritur, hanc enim expresse admittit tex. in dist. capit. cum olim, cum similibus, de quibus Balb. ubi supra quæst. 12. & in visitationis præscriptione probat tex. in cap. cum ex officij, de præscrip. & ultra Bal. dicto loco quæstion. decim. sext. notat Bernard. Diaz. reg. 604. limit. 3. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. L. conclus. 241. & lit. O. conclus. quini.*

9 Minus obstat *dist. cap. cum venerabilis, non enim potestatis quæstio ibi erat, sed voluntatis, de quibus, scilicet, iuribus Episcopus fecit remissionem, & ideo in summario habetur, remittens seruitia non intelligitur procuracionem, ratione visitationis remisisse, & ultra ordinarios ibi notat Felin. in dist. capit. cum ex officij, num. 18. vers. & nota.*

10 Quæret aliquis an in illis casibus, in quibus Episcopus potest subditos à sua iurisdictione eximere, possit exemptiones à se concessas reuocare: in qua quæstione habetur communiter, quod reuocare non potest, *Franc. in capit. decet, numero 4. vers. quid autem sit, de reg. iuris in 6. Restaur. in tract. de Imperat. quæst. 114. numero 4. Felin. in cap. nouit. numero 11. de iud. Abb. in cap. ut si clerici §. de adulterijs, col. 4. eod. tit. per gloss. in cap. cum ex eo verbo septennio, ubi Ioan. And. de elect. in 6. addit. ad Roman. post Oldrad. conf. 201. præcipue cum exemptio plene suum sortita fuit effectum, seu cum res integra esse desit, tunc enim regulariter prænitentia locus esse non solet, cap. quod semel, de regul. iuris in 6. Restaur. d. num. 14.*

11 Nam est de plenitudine potestatis solius Principis reuocatio priuilegij à se concessi, ut post multos notauit Bald. l. 2. col. 8. C. de seruit. & aqua & Felin. in d. ca. nouit. n. 11. & seq.

S V M M A R I V M.

1 Librorum sana doctrina ad virtutem homines trahit, & à vitijs eos abducit.

2 Libri improbi, religionique noxij sunt apti ad dissensiones & tumultus excitandos.

3 Hæreticorum librorum peruersa dogmata melius est ignorare quam per experientiam in aliquem laqueum erroris incurrere.

4 Hæreticorum libri tanquam aspidum oua sunt suscipiendi.

5 Libros prohibitos habentes non satisfaciunt illos comburendo, sed necessario eos deferre debent superiori.

6 Reuerendissimus sacri Palatii Magister viris doctrinæ, ac morum honestate pollentibus dare solet in Romana Curia licentiam legendi libros prohibitos.

7 Episcopi locorum Ordinarij hodie non possunt dare licentiam legendi libros prohibitos, cum hoc tantum tribuatur Illustriss. Cardinalibus Inquis. in plena Congreg.

8 Inquisitores ipsi non possunt libros damnatos legere, nisi eis ab Apostol. Sede, vel per sacram Congr. Inquisitionis fiat facultas.

9 Libri in Vrbe imprimi non possunt absque examine, & approbatione in scriptis Vicarij, & Palatii Apost. magni Magistrj.

10 Episcopi & Inquisitores hæreticæ prauitatis examen, & approbatio librorum imprimendorum extra Urbem requiritur.

11 Pena imposita contra imprimentes libros absque requisita licentia, quæ sit, ostenditur.

12 Libros vendere, aut apud se retinere sub excommunicationis, & pecuniæ pœnis, nullus valet, nisi primum approbati & examinati fuerint ab Ordinario.

13 Excommunicatio imposita à Concilio contra vendentes, aut apud se retinentes libros sine Episcopi licentia, illi est reservata, nisi tales libri essent hæreticorum.

14 Regulares volentes libros imprimere ultra Episcopi, & Inquisitoris examinationem, & approbationem, licentiam quoque à suis superioribus impetrare tenentur.

EPISCOPVS AN POSSIT
licentiam concedere legendi libros prohibitos, & imprimendos approbare.

ALLEGATIO LXC.

1 **I**Nter salubres admonitiones, quas Imperator Basilius filio suo Leoni dedit, sequens circa librorum lectionem non est contemnenda. Per historias veteres ire ne recuses, ibi reperies sine labore, quæ alij cum labore collegerunt; atque illinc hauries, & bonorum virtutes, & improborum vitia: vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea conuersiones, mundi huius instabilitatem, & multorum præcipientes casus; & ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia: quorum illa fugies, ne in diuinæ iustitiæ manus incidas: hæc amplecteris, ut præmijs, quæ illa consequuntur, potiariis. Ex qua admonitione colliges quantum sana librorum doctrina ad virtutem homines trahit, & à vitijs abducit, sicut è contra praua eorum lectio legentium aures corrumpit, hæc penitus respicienda, quia plus est nocitura insipientibus, quam profutura sapientibus, ut dicit *Sulpit. in dialogo 1. §. 1. Et Plinian. in l. 4. §. tantundem. ff. familie hercis. apertissimis verbis asserit libros improbatæ lectionis protinus esse corrumpendos, ibique eos assimilat malis medicamentis, pro quibus iudex officium suum interponere non debet.*